8:5 And I, and all the people that are with me, will approach unto the city: and it shall come to pass, when they come out against us, as at the first, that we will flee before them,

8:6 (For they will come out after us) till we have drawn them from the city; for they will say, They flee before us, as at the first: therefore we will flee before them.

8:7 Then ye shall rise up from the ambush, and seize upon the city: for the LORD your God will deliver it into your hand.

8:8 And it shall be, when ye have taken the city, that ye shall set the city on fire: according to the commandment of the LORD shall ye do. See, I have commanded you.

8:9 Joshua therefore sent them forth: and they went to lie in ambush, and abode between Bethel and Ai, on the west side of Ai: but Joshua lodged that night among the people.

8:10 And Joshua rose up early in the morning, and numbered the people, and went up, he and the elders of Israel, before the people to Ai.

8:11 And all the people, even the people of war that were with him, went up, and drew nigh, and came before the city, and pitched on the north side of Ai: now there was a valley between them and Ai.

8:12 And he took about five thousand men, and set them to lie in ambush between Bethel and Ai, on the west side of the city.

8:1 dixit autem Dominus ad Iosue ne timeas neque formides tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum et consurgens ascende in oppidum Ahi ecce tradidi in manu tua regem eius et populum urbemque et terram 8:2 faciesque urbi Ahi et regi eius sicut fecisti Hiericho et regi illius praedam uero et omnia animantia diripietis uobis pone insidias urbi post eam 8:3 surrexitque Iosue et omnis exercitus bellatorum cum eo ut ascenderent in Ahi et electa triginta milia uiro- rum fortium misit nocte 8:4 praecepitque eis dicens ponite insidias post ciuitatem nec longius recedatis et eritis omnes parati 8:5 ego autem et reliqua multitudo quae mecum est accedemus ex aduerso contra urbem cumque exierint contra nos sicut ante fecimus fugiemus et terga uertemus 8:6 donec persequentes ab urbe longius protrahantur putabunt enim fugere nos sicut prius 8:7 nobis ergo fugientibus et illis sequentibus consurgetis de insidiis et uastabitis ciuitatem tradetque eam Dominus Deus uester in manus uestras 8:8 cumque ceperitis succendite eam sic omnia facietis ut iussi 8:9 dimisitque eos et perrexerunt ad insidiarum locum sederuntque inter Bethel et Ahi ad occidentalem plagam urbis Ahi Iosue autem nocte illa in medio mansit populi 8:10 surgensque diluculo recensuit socios et ascendit cum senioribus in fronte exercitus uallatus auxilio pugnatorum 8:11 cumque uenissent et ascendissent ex aduerso ciuitatis steterunt ad septentrionalem urbis plagam inter quam et eos uallis media erat 8:12 quinque milia autem uiros elegerat et posuerat

Liber Iosue

in insidiis inter Bethauen et Ahi ex occidentali parte eiusdem ciuitatis 8:13 omnis uero reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat ita ut nouissimi multitudinis occidentalem plagam urbis adtingerent abiit ergo Iosue nocte illa et stetit in uallis medio 8:14 quod cum uidisset rex Ahi festinauit mane et egressus est cum omni exercitu ciuitatis direxitque aciem contra desertum ignorans quod post tergum laterent insidiae 8:15 Iosue uero et omnis Israhel cesserunt loco simulantes metum et fugientes per uiam solitudinis 8:16 at illi uociferantes pariter et se mutuo cohortantes persecuti sunt eos cumque recessissent a ciuitate 8:17 et ne unus quidem in urbe Ahi et Bethel remansisset qui non perseceretur Israhel sicut eruperant aperta oppida relinquentes 8:18 dixit Dominus ad Iosue leua clypeum qui in manu tua est contra urbem Ahi quoniam tibi tradam eam 8:19 cumque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis insidiae quae latebant surrexerunt confestim et pergentes ad ciuitatem ceperunt et succenderunt eam 8:20 uiri autem ciuitatis qui persequebantur Iosue respicientes et uidentes fumum urbis ad caelum usque conscendere non potuerunt ultra huc illucque diffugere praesertim cum hii qui simulauerant fugam et tendebant ad solitudinem contra persequentes fortissime restitissent 8:21 uidensque Iosue et omnis Israhel quod capta esset ciuitas et fumus urbis ascenderet reuersus percussit uiros Ahi 8:22 siquidem et illi qui ceperant et succenderant ciuitatem egressi ex urbe contra suos medios hostium ferire coeperunt cum ergo ex utraque parte aduersarii caederentur ita ut nullus de tanta multitudine saluaretur 8:23 regem quoque urbis Ahi adprehendere uiuentem et obtulerunt Iosue 8:24 igitur omnibus interfectis qui Israhelem ad deserta tendentem fuerant persecuti et in eodem loco gladio corruentibus reuersi filii Israhel percusserunt ciuitatem 8:25 erant autem qui in eod die conciderant a uiro usque ad mulierem duodecim milia

8:13 And when they had set the people, even all the host that was on the north of the city, and their liers in wait on the west of the city, Joshua went that night into the midst of the valley.

8:14 And it came to pass, when the king of Ai saw it, that they hastened and rose up early, and the men of the city went out against Israel to battle, he and all his people, at a time appointed, before the plain; but he wist not that there were liers in ambush against him behind the city.

8:15 And Joshua and all Israel made as if they were beaten before them, and fled by the way of the wilderness.

8:16 And all the people that were in Ai were called together to pursue after them: and they pursued after Joshua, and were drawn away from the city.

8:17 And there was not a man left in Ai or Bethel, that went not out after Israel: and they left the city open, and pursued after Israel.

8:18 And the LORD said unto Joshua, Stretch out the spear that is in thy hand toward Ai; for I will give it into thine hand. And Joshua stretched out the spear that he had in his hand toward the city.

8:19 And the ambush arose quickly out of their place, and they ran as soon as he had stretched out his hand; and they entered into the city, and took it, and hastened and set the city on fire.

8:20 And when the men of Ai looked behind them, they saw, and, behold, the smoke of the city ascended up to heaven, and they had no power to flee this way or that way: and the people that fled to the wilderness turned back upon the pursuers.

8:21 And when Joshua and all Israel saw that the ambush had taken the city, and that the smoke of the city ascended, then they turned again, and slew the men of Ai.

8:22 And the other issued out of the city against them: so they were in the midst of Israel, some on this side, and some on that side: and they smote them, so that they let none of them remain or escape.

8:23 And the king of Ai they took alive, and brought him to Joshua.

8:24 And it came to pass, when Israel had made an end of slaying all the inhabitants of Ai in the field, in the wilderness wherein they chased them, and when they were all fallen on the edge of the sword, until they were consumed, that all the Israelites returned unto Ai, and smote it with the edge of the sword.

8:25 And so it was, that all that fell that day, both of men and women, were twelve thousand, even all the men of Ai.

Biblia Sacra Vulgata

8:26 For Joshua drew not his hand back, wherewith he stretched out the spear, until he had utterly destroyed all the inhabitants of Ai.

8:27 Only the cattle and the spoil of that city Israel took for a prey unto themselves, according unto the word of the LORD which he commanded Joshua.

8:28 And Joshua burnt Ai, and made it an heap for ever, even a desolation unto this day.

8:29 And the king of Ai he hanged on a tree until eventide: and as soon as the sun was down, Joshua commanded that they should take his carcase down from the tree, and cast it at the entering of the gate of the city, and raise thereon a great heap of stones, that remaineth unto this day.

8:30 Then Joshua built an altar unto the LORD God of Israel in mount Ebal,

8:31 As Moses the servant of the LORD commanded the children of Israel, as it is written in the book of the law of Moses, an altar of whole stones, over which no man hath lift up any iron: and they offered thereon burnt offerings unto the LORD, and sacrificed peace offerings.

8:32 And he wrote there upon the stones a copy of the law of Moses, which he wrote in the presence of the children of Israel.

8:33 And all Israel, and their elders, and officers, and their judges, stood on this side the ark and on that side before the priests the Levites, which bare the ark of the covenant of the LORD, as well the stranger, as he that was born among them; half of them over against mount Gerizim, and half of them over against mount Ebal; as Moses the servant of the LORD had commanded before, that they should bless the people of Israel.

8:34 And afterward he read all the words of the law, the blessings and cursings, according to all that is written in the book of the law.

8:35 There was not a word of all that Moses commanded, which Joshua read not before all the congregation of Israel, with the women, and the little ones, and the strangers that were conversant among them.

9:1 And it came to pass, when all the kings which were on this side Jordan, in the hills, and in the valleys, and in all the coasts of the great sea over against Lebanon, the Hittite, and the Amorite, the Canaanite, the Perizzite, the Hivite, and the Jebusite, heard thereof;

9:2 That they gathered themselves together, to fight with Joshua and with Israel, with one accord.

9:3 And when the inhabitants of Gibeon heard what Joshua had done unto Jericho and to Ai,

hominum omnes urbis Ahi 8:26 Iosue uero non contraxit manum quam in sublime porrexerat tenens clypeum donec interficerentur omnes habitatores Ahi 8:27 iumenta autem et praedam ciuitatis diuiserunt sibi filii Israhel sicut praeceperat Dominus Iosue 8:28 qui succendit urbem et fecit eam tumulum sempiternum 8:29 regem quoque eius suspendit in patibulo usque ad uesperum et solis occasum praecepitque et deposuerunt cadauer eius de cruce proieceruntque in ipso introitu ciuitatis congesto super eum magno aceruo lapidum qui permanet usque in praesentem diem 8:30 tunc aedificauit Iosue altare Domino Deo Israhel in monte Hebal 8:31 sicut praeceperat Moses famulus Domini filiis Israhel et scriptum est in uolumine legis Mosi altare de lapidibus in politis quos ferrum non tetigit et obtulit super eo holocausta Domino immolauitque pacificas uictimas 8:32 et scripsit super lapides deuteronomium legis Mosi quod ille digesserat coram filiis Israhel 8:33 omnis autem populus et maiores natu ducesque ac iudices stabant ex utraque parte arcae in conspectu sacerdotum qui portabant arcam foederis Domini ut aduena ita et indigena media eorum pars iuxta montem Garizim et media iuxta montem Hebal sicut praeceperat Moses famulus Domini et primum quidem benedixit populo Israhel 8:34 post haec legit omnia uerba benedictionis et maledictionis et cuncta quae scripta erant in legis uolumine 8:35 nihil ex his quae Moses iusserat reliquit intactum sed uniuersa replicauit coram omni multitudine Israhel mulieribus ac paruulis et aduenis qui inter eos morabantur

9:1 quibus auditis cuncti reges trans Iordanem qui uersabantur in montanis et in campestribus in maritimis ac litore maris Magni hii quoque qui habitabant iuxta Libanum Heththeus et Amorreus et Chananeus Ferezeus et Eueus et Iebuseus 9:2 congregati sunt pariter ut pugnarent contra Iosue et Israhel uno animo eademque sententia 9:3 at hii qui

Liber Iosue

habitant in Gabaon audientes cuncta quae fecerat Iosue Hiericho et Ahi 9:4 et callide cogitantes tulerunt sibi cibaria saccos ueteres asinis inponentes et utres uinarios scissos atque consutos 9:5 calciamentaue perantiqua quae ad indicium uetustatis pittaciis consuta erant induiti ueteribus uestimentis panes quoque quos portabant ob uaticum duri erant et in frustra comminuti 9:6 perrexeruntque ad Iosue qui tunc morabatur in castris Galgalae et dixerunt ei atque omni simul Israheli de terra longinqua uenimus pacem uobiscum facere cupientes responderuntque uiri Israhel ad eos atque dixerunt 9:7 ne forsitan in terra quae nobis sorte debetur habitetis et non possimus foedus inire uobiscum 9:8 at illi ad Iosue serui inquit tui sumus quibus Iosue quinam ait estis et unde uenistis 9:9 responderunt de terra longinqua ualde uenerunt serui tui in nomine Domini Dei tui audiimus enim famam potentiae eius cuncta quae fecit in Aegypto 9:10 et duobus Amorreorum regibus trans Iordanem Seon regi Esebon et Og regi Basan qui erat in Astharoth 9:11 dixeruntque nobis seniores et omnes habitatores terrae nostrae tollite in manibus cibaria ob longissimam uiam et occurrite eis ac dicite serui uestri sumus foedus inite nobiscum 9:12 en panes quando egressi sumus de domibus nostris ut ueniremus ad uos calidos sumpsimus nunc sicci facti sunt et uetustate nimia comminuti 9:13 utres uini nouos impleuimus nunc rupti sunt et soluti uestes et calciamenta quibus induimur et quae habemus in pedibus ob longitudinem largioris uiae trita sunt et paene consumpta 9:14 susceperunt igitur de cibariis eorum et os Domini non interrogauerunt 9:15 fecitque Iosue cum eis pacem et inito foedere pollicitus est quod non occiderentur principes quoque multitudinis iurauerunt eis 9:16 post dies autem tres initi foederis audierunt quod in uicino habitarent et inter eos futuri essent 9:17 moueruntque castra filii Israhel et uenerunt in ciuitates eo-

9:4 They did work wilyly, and went and made as if they had been ambassadors, and took old sacks upon their asses, and wine bottles, old, and rent, and bound up;

9:5 And old shoes and clouted upon their feet, and old garments upon them; and all the bread of their provision was dry and mouldy.

9:6 And they went to Joshua unto the camp at Gilgal, and said unto him, and to the men of Israel, We be come from a far country: now therefore make ye a league with us.

9:7 And the men of Israel said unto the Hivites, Peradventure ye dwell among us; and how shall we make a league with you?

9:8 And they said unto Joshua, We are thy servants. And Joshua said unto them, Who are ye? and from whence come ye?

9:9 And they said unto him, From a very far country thy servants are come because of the name of the LORD thy God: for we have heard the fame of him, and all that he did in Egypt,

9:10 And all that he did to the two kings of the Amorites, that were beyond Jordan, to Sihon king of Heshbon, and to Og king of Bashan, which was at Ashtaroth.

9:11 Wherefore our elders and all the inhabitants of our country spake to us, saying, Take victuals with you for the journey, and go to meet them, and say unto them, We are your servants: therefore now make ye a league with us.

9:12 This our bread we took hot for our provision out of our houses on the day we came forth to go unto you; but now, behold, it is dry, and it is mouldy:

9:13 And these bottles of wine, which we filled, were new; and, behold, they be rent: and these our garments and our shoes are become old by reason of the very long journey.

9:14 And the men took of their victuals, and asked not counsel at the mouth of the LORD.

9:15 And Joshua made peace with them, and made a league with them, to let them live: and the princes of the congregation sware unto them.

9:16 And it came to pass at the end of three days after they had made a league with them, that they heard that they were their neighbours, and that they dwelt among them.

9:17 And the children of Israel journeyed, and came unto their cities on the third day. Now their cities were Gibeon, and Chephirah, and Beeroth, and Kirjathearim.

Biblia Sacra Vulgata

9:18 And the children of Israel smote them not, because the princes of the congregation had sworn unto them by the LORD God of Israel. And all the congregation murmured against the princes.

9:19 But all the princes said unto all the congregation, We have sworn unto them by the LORD God of Israel: now therefore we may not touch them.

9:20 This we will do to them; we will even let them live, lest wrath be upon us, because of the oath which we swear unto them.

9:21 And the princes said unto them, Let them live; but let them be hewers of wood and drawers of water unto all the congregation; as the princes had promised them.

9:22 And Joshua called for them, and he spake unto them, saying, Wherefore have ye beguiled us, saying, We are very far from you; when ye dwell among us?

9:23 Now therefore ye are cursed, and there shall none of you be freed from being bondmen, and hewers of wood and drawers of water for the house of my God.

9:24 And they answered Joshua, and said, Because it was certainly told thy servants, how that the LORD thy God commanded his servant Moses to give you all the land, and to destroy all the inhabitants of the land from before you, therefore we were sore afraid of our lives because of you, and have done this thing.

9:25 And now, behold, we are in thine hand: as it seemeth good and right unto thee to do unto us, do.

9:26 And so did he unto them, and delivered them out of the hand of the children of Israel, that they slew them not.

9:27 And Joshua made them that day hewers of wood and drawers of water for the congregation, and for the altar of the LORD, even unto this day, in the place which he should choose.

10:1 Now it came to pass, when Adonizedec king of Jerusalem had heard how Joshua had taken Ai, and had utterly destroyed it; as he had done to Jericho and her king, so he had done to Ai and her king; and how the inhabitants of Gibeon had made peace with Israel, and were among them;

10:2 That they feared greatly, because Gibeon was a great city, as one of the royal cities, and because it was greater than Ai, and all the men thereof were mighty.

10:3 Wherefore Adonizedec king of Jerusalem, sent unto Hoham king of Hebron, and unto Piram king of Jarmuth, and unto Japhia king of Lachish, and unto Debir king of Eglon, saying,

rum die tertio quarum haec uocabula sunt Gabaon et Caphira et Beroth et Cariathiarim 9:18 et non percusserunt eos eo quod iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israhel murmurauit itaque omne uulgus contra principes 9:19 qui responderunt eis iurauimus illis in nomine Domini Dei Israhel et idcirco non possumus eos contingere 9:20 sed hoc faciemus eis reseruentur quidem ut uiuant ne contra nos ira Domini concitetur si peierauerimus 9:21 sed sic uiuant ut in usus uniuersae multitudinis ligna caedant aquasque conportent quibus haec loquentibus 9:22 uocauit Gabaonitas Iosue et dixit eis cur nos decipere fraude uoluistis ut diceretis procul ualde habitamus a uobis cum in medio nostri sitis 9:23 itaque sub maledictione eritis et non deficiet de stirpe uestra ligna caedens aquasque conportans in domum Dei mei 9:24 qui responderunt nuntiatum est nobis seruis tuis quae promississet Dominus Deus tuus Mosi seruo suo ut traderet uobis omnem terram et disperderet cunctos habitatores eius timuimus igitur ualde et prouidimus animabus nostris uestro terrore compulsi et hoc consilium iniuimus 9:25 nunc autem in manu tua sumus quod tibi bonum et rectum uidetur fac nobis 9:26 fecit ergo Iosue ut dixerat et liberauit eos de manibus filiorum Israhel ut non occiderentur 9:27 decreuitque in illo die esse eos in ministerium cuncti populi et altaris Domini caedentes ligna et aquas conportantes usque in praesens tempus in loco quem Dominus elegerat

10:1 quae cum audisset Adonisedec rex Hierusalem quod scilicet cepisset Iosue Ahi et subuertisset eam sicut enim fecerat Hiericho et regi eius sic fecit Ahi et regi illius et quod transfugissent Gabaonitae ad Israhel et essent foederati eorum 10:2 timuit ualde urbs enim magna erat Gabaon et una regalium ciuitatum et maior oppido Ahi omnesque bellatores eius fortissimi 10:3 misit ergo Adonisedec rex Hierusalem ad Oham regem Hebron et ad Pharam regem Hieremoth

Liber Iosue

ad Iaphie quoque regem Lachis et ad Dabir regem Eglon dicens 10:4 ascendite ad me et ferte praesidium ut expugnemus Gabaon quare transfugerit ad Iosue et filios Israhel 10:5 congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrearum rex Hierusalem rex Hebron rex Hieremoth rex Lachis rex Eglon simul cum exercitibus suis et castrametati sunt circa Gabaon obpugnantes eam 10:6 habitatores autem Gabaon urbis obsessae miserunt ad Iosue qui tunc morabatur in castris apud Galgalam et dixerunt ei ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum ascende cito et libera nos ferque praesidium conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrearum qui habitant in montanis 10:7 ascenditque Iosue de Galgalis et omnis exercitus bellatorum cum eo uiri fortissimi 10:8 dixitque Dominus ad Iosue ne timeas eos in manus enim tuas tradidi illos nullus tibi ex eis resistere poterit 10:9 inruit itaque Iosue super eos repente tota ascendens nocte de Galgalis 10:10 et conturbauit eos Dominus a facie Israhel contriuitque plaga magna in Gabaon ac persecutus est per uiam ascensus Bethoron et percussit usque Azeca et Maceda 10:11 cumque fugerent filios Israhel et essent in descensu Bethoron Dominus misit super eos lapides magnos de caelo usque Azeca et mortui sunt multo plures lapidibus grandinis quam quos gladio percusserant filii Israhel 10:12 tunc locutus est Iosue Domino in die qua tradidit Amorreum in conspectu filiorum Israhel dixitque coram eis sol contra Gabaon ne mouearis et luna contra uallem Ahialon 10:13 steteruntque sol et luna donec ulcisceretur se gens de inimicis suis nonne scriptum est hoc in libro Iustorum stetit itaque sol in medio caeli et non festinauit occumbere spatio unius diei 10:14 non fuit ante et postea tam longa dies oboediente Domino uoci hominis et pugnante pro Israhel 10:15 reuersusque est Iosue cum omni Israhel in castra Galgalae 10:16 fugerant enim quinque reges et se absconderant in spelunca

10:4 Come up unto me, and help me, that we may smite Gibeon: for it hath made peace with Joshua and with the children of Israel.

10:5 Therefore the five kings of the Amorites, the king of Jerusalem, the king of Hebron, the king of Jarmuth, the king of Lachish, the king of Eglon, gathered themselves together, and went up, they and all their hosts, and encamped before Gibeon, and made war against it.

10:6 And the men of Gibeon sent unto Joshua to the camp to Gilgal, saying, Slack not thy hand from thy servants; come up to us quickly, and save us, and help us: for all the kings of the Amorites that dwell in the mountains are gathered together against us.

10:7 So Joshua ascended from Gilgal, he, and all the people of war with him, and all the mighty men of valour.

10:8 And the LORD said unto Joshua, Fear them not: for I have delivered them into thine hand; there shall not a man of them stand before thee.

10:9 Joshua therefore came unto them suddenly, and went up from Gilgal all night.

10:10 And the LORD discomfited them before Israel, and slew them with a great slaughter at Gibeon, and chased them along the way that goeth up to Bethhoron, and smote them to Azekah, and unto Makkedah.

10:11 And it came to pass, as they fled from before Israel, and were in the going down to Bethhoron, that the LORD cast down great stones from heaven upon them unto Azekah, and they died: they were more which died with hailstones than they whom the children of Israel slew with the sword.

10:12 Then spake Joshua to the LORD in the day when the LORD delivered up the Amorites before the children of Israel, and he said in the sight of Israel, Sun, stand thou still upon Gibeon; and thou, Moon, in the valley of Ajalon.

10:13 And the sun stood still, and the moon stayed, until the people had avenged themselves upon their enemies. Is not this written in the book of Jasher? So the sun stood still in the midst of heaven, and hastened not to go down about a whole day.

10:14 And there was no day like that before it or after it, that the LORD hearkened unto the voice of a man: for the LORD fought for Israel.

10:15 And Joshua returned, and all Israel with him, unto the camp to Gilgal.

10:16 But these five kings fled, and hid themselves in a cave at Makkedah.

Biblia Sacra Vulgata

10:17 And it was told Joshua, saying, The five kings are found hid in a cave at Makkedah.

10:18 And Joshua said, Roll great stones upon the mouth of the cave, and set men by it for to keep them:

10:19 And stay ye not, but pursue after your enemies, and smite the hindmost of them; suffer them not to enter into their cities: for the LORD your God hath delivered them into your hand.

10:20 And it came to pass, when Joshua and the children of Israel had made an end of slaying them with a very great slaughter, till they were consumed, that the rest which remained of them entered into fenced cities.

10:21 And all the people returned to the camp to Joshua at Makkedah in peace: none moved his tongue against any of the children of Israel.

10:22 Then said Joshua, Open the mouth of the cave, and bring out those five kings unto me out of the cave.

10:23 And they did so, and brought forth those five kings unto him out of the cave, the king of Jerusalem, the king of Hebron, the king of Jarmuth, the king of Lachish, and the king of Eglon.

10:24 And it came to pass, when they brought out those kings unto Joshua, that Joshua called for all the men of Israel, and said unto the captains of the men of war which went with him, Come near, put your feet upon the necks of these kings. And they came near, and put their feet upon the necks of them.

10:25 And Joshua said unto them, Fear not, nor be dismayed, be strong and of good courage: for thus shall the LORD do to all your enemies against whom ye fight.

10:26 And afterward Joshua smote them, and slew them, and hanged them on five trees: and they were hanging upon the trees until the evening.

10:27 And it came to pass at the time of the going down of the sun, that Joshua commanded, and they took them down off the trees, and cast them into the cave wherein they had been hid, and laid great stones in the cave's mouth, which remain until this very day.

10:28 And that day Joshua took Makkedah, and smote it with the edge of the sword, and the king thereof he utterly destroyed, them, and all the souls that were therein; he let none remain: and he did to the king of Makkedah as he did unto the king of Jericho.

10:29 Then Joshua passed from Makkedah, and all Israel with him, unto Libnah, and fought against Libnah:

urbis Maceda 10:17 nuntiatumque est Iosue quod inuenti essent quinque reges latentes in spelunca Maceda 10:18 qui praecepit sociis et ait uoluite saxa ingentia ad os speluncae et ponite uiros industrios qui clausos custodiant 10:19 uos autem nolite stare sed persequimini hostes et extremos quosque fugientium caedite ne dimittatis eos urbium suarum intrare praesidia quos tradidit Dominus Deus in manus uestras 10:20 caesis igitur aduersariis plaga magna et usque ad internicionem paene consumptis hii qui Israhel effugere potuerunt ingressi sunt ciuitates munitas 10:21 reuersusque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda ubi tunc erant castra sani et integro numero nullusque contra filios Israhel muttire ausus est 10:22 praecepitque Iosue dicens aperite os speluncae et producite ad me quinque reges qui in ea latitant 10:23 fecerunt ministri ut sibi fuerat imperatum et eduxerunt ad eum quinque reges de spelunca regem Hierusalem regem Hebron regem Hieremoth regem Lachis regem Eglon 10:24 cumque educti essent ad eum uocauit omnes uiros Israhel et ait ad principes exercitus qui secum erant ite et ponite pedes super colla regum istorum qui cum perrexissent et subiectorum pedibus colla calcarent 10:25 rursus ait ad eos nolite timere nec paueatis confortamini et estote robusti sic enim faciet Dominus cunctis hostibus uestris aduersum quos dimicatis 10:26 percussitque Iosue et interfecit eos atque suspendit super quinque stipites fueruntque suspensi usque ad uesperum 10:27 cumque occumberet sol praecepit sociis ut deponerent eos de patibulis qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant et posuerunt super os eius saxa ingentia quae permanent usque in praesens 10:28 eodem die Macedam quoque cepit Iosue et percussit in ore gladii regemque illius interfecit et omnes habitatores eius non dimisit in ea saltim paruas reliquias fecitque regi Maceda sicut fecerat regi Hiericho 10:29 transiuit cum omni Israhel de

Liber Iosue

Maceda in Lebna et pugnabat contra eam 10:30 quam tradidit Dominus cum rege suo in manu Israhel percusseruntque urbem in ore gladii et omnes habitatores eius non dimiserunt in ea ullas reliquias feceruntque regi Lebna sicut fecerant regi Hiericho 10:31 de Lebna transiuit in Lachis et exercitu per gyrum disposito obpugnabat eam 10:32 tradiditque Dominus Lachis in manu Israhel et cepit eam die altero atque percussit in ore gladii omnemque animam quae fuerat in ea sicut fecerat Lebna 10:33 eo tempore ascendit Hiram rex Gazer ut auxiliaretur Lachis quem percussit Iosue cum omni populo eius usque ad internicionem 10:34 transiuitque de Lachis in Eglon et circumdedit 10:35 atque expugnauit eam eadem die percussitque in ore gladii omnes animas quae erant in ea iuxta omnia quae fecerat Lachis 10:36 ascendit quoque cum omni Israhele de Eglon in Hebron et pugnavit contra eam 10:37 cepitque et percussit in ore gladii regem quoque eius et omnia oppida regionis illius uniuersasque animas quae in ea fuerant commoratae non reliquit in ea ullas reliquias sicut fecerat Eglon sic fecit et Hebron cuncta quae in ea repperit consumens gladio 10:38 inde reuersus in Dabir 10:39 cepit eam atque uastauit 10:40 regem quoque eius et omnia per circuitum oppida percussit in ore gladii non dimisit in ea ullas reliquias sicut fecerat Hebron et Lebna et regibus earum sic fecit Dabir et regi illius 10:41 percussit itaque Iosue omnem terram montanam et meridianam atque campestem et Asedoth cum regibus suis non dimisit in ea ullas reliquias sed omne quod spirare poterat interfecit sicut praeceperat ei Dominus Deus Israhel 10:42 a Cadesbarne usque Gazam omnem terram Gosen usque Gabaon 10:43 uniuersos reges et regiones eorum uno cepit impetu atque uastauit Dominus enim Deus Israhel pugnabat pro eo 10:44 reuersusque est cum omni Israhele ad locum castrorum in Galgala

10:30 And the LORD delivered it also, and the king thereof, into the hand of Israel; and he smote it with the edge of the sword, and all the souls that were therein; he let none remain in it; but did unto the king thereof as he did unto the king of Jericho.

10:31 And Joshua passed from Libnah, and all Israel with him, unto Lachish, and encamped against it, and fought against it:

10:32 And the LORD delivered Lachish into the hand of Israel, which took it on the second day, and smote it with the edge of the sword, and all the souls that were therein, according to all that he had done to Libnah.

10:33 Then Hiram king of Gezer came up to help Lachish; and Joshua smote him and his people, until he had left him none remaining.

10:34 And from Lachish Joshua passed unto Eglon, and all Israel with him; and they encamped against it, and fought against it:

10:35 And they took it on that day, and smote it with the edge of the sword, and all the souls that were therein he utterly destroyed that day, according to all that he had done to Lachish.

10:36 And Joshua went up from Eglon, and all Israel with him, unto Hebron; and they fought against it:

10:37 And they took it, and smote it with the edge of the sword, and the king thereof, and all the cities thereof, and all the souls that were therein; he left none remaining, according to all that he had done to Eglon; but destroyed it utterly, and all the souls that were therein.

10:38 And Joshua returned, and all Israel with him, to Debir;

10:39 and fought against it: And he took it,

10:40 and the king thereof, and all the cities thereof; and they smote them with the edge of the sword, and utterly destroyed all the souls that were therein; he left none remaining: as he had done to Hebron, so he did to Debir, and to the king thereof; as he had done also to Libnah, and to her king.

10:41 So Joshua smote all the country of the hills, and of the south, and of the vale, and of the springs, and all their kings: he left none remaining, but utterly destroyed all that breathed, as the LORD God of Israel commanded.

10:42 And Joshua smote them from Kadesbarnea even unto Gaza, and all the country of Goshen, even unto Gibeon.

10:43 And all these kings and their land did Joshua take at one time, because the LORD God of Israel fought for Israel.

10:44 And Joshua returned, and all Israel with him, unto the camp to Gilgal.

Biblia Sacra Vulgata

11:1 And it came to pass, when Jabin king of Hazor had heard those things, that he sent to Jobab king of Madon, and to the king of Shimron, and to the king of Achsaph,

11:2 And to the kings that were on the north of the mountains, and of the plains south of Chinneroth, and in the valley, and in the borders of Dor on the west,

11:3 And to the Canaanite on the east and on the west, and to the Amorite, and the Hittite, and the Perizzite, and the Jebusite in the mountains, and to the Hivite under Hermon in the land of Mizpeh.

11:4 And they went out, they and all their hosts with them, much people, even as the sand that is upon the sea shore in multitude, with horses and chariots very many.

11:5 And when all these kings were met together, they came and pitched together at the waters of Merom, to fight against Israel.

11:6 And the LORD said unto Joshua, Be not afraid because of them: for to morrow about this time will I deliver them up all slain before Israel: thou shalt hough their horses, and burn their chariots with fire.

11:7 So Joshua came, and all the people of war with him, against them by the waters of Merom suddenly; and they fell upon them.

11:8 And the LORD delivered them into the hand of Israel, who smote them, and chased them unto great Zidon, and unto Misrephothaim, and unto the valley of Mizpeh eastward; and they smote them, until they left them none remaining.

11:9 And Joshua did unto them as the LORD bade him: he houghed their horses, and burnt their chariots with fire.

11:10 And Joshua at that time turned back, and took Hazor, and smote the king thereof with the sword: for Hazor beforetime was the head of all those kingdoms.

11:11 And they smote all the souls that were therein with the edge of the sword, utterly destroying them: there was not any left to breathe: and he burnt Hazor with fire.

11:12 And all the cities of those kings, and all the kings of them, did Joshua take, and smote them with the edge of the sword, and he utterly destroyed them, as Moses the servant of the LORD commanded.

11:13 But as for the cities that stood still in their strength, Israel burned none of them, save Hazor only; that did Joshua burn.

11:14 And all the spoil of these cities, and the cattle, the children of Israel took for a prey unto themselves; but every man they smote with the edge of the sword, until they had destroyed them, neither left they any to breathe.

11:1 quae cum audisset Iabin rex Asor misit ad Iobab regem Madon et ad regem Someron atque ad regem Acsaph
11:2 ad reges quoque aquilonis qui habitabant in montanis et in planitie contra meridiem Cheneroth in campestribus quoque et in regionibus Dor iuxta mare 11:3 Chananeumque ab oriente et occidente et Amorreum atque Hettheum ac Ferezeum et Iebuseum in montanis Eueum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Masphe 11:4 egressique sunt omnes cum turmis suis populus multus nimis sicut harena quae est in litore maris equi quoque et currus immensae multitudinis 11:5 conueneruntque omnes reges isti in unum ad aquas Merom ut pugnarent contra Israhel 11:6 dixitque Dominus ad Iosue ne timeas eos cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos uulnerandos in conspectu Israhel equos eorum subneruabis et currus igne combures 11:7 uenitque Iosue et omnis exercitus cum eo aduersum illos ad aquas Merom subito et inruerunt super eos 11:8 tradiditque illos Dominus in manu Israhel qui percusserunt eos et persecuti sunt usque ad Sidonem magnam et aquas Maserefoth campumque Masphe qui est ad orientalem illius partem ita percussit omnes ut nullas dimitteret ex eis reliquias 11:9 fecit sicut praeceperat ei Dominus equos eorum subneruauit currusque combusit 11:10 reuersusque statim cepit Asor et regem eius percussit gladio Asor enim antiquitus inter omnia regna haec principatum tenebat 11:11 percussitque omnes animas quae ibidem morabantur non dimisit in ea ullas reliquias sed usque ad internicionem uniuersa uastauit ipsamque urbem permisit incendio 11:12 et omnes per circuitum ciuitates regesque earum cepit percussit atque deleuit sicut praeceperat ei Moses famulus Domini 11:13 absque urbibus quae erant in collibus et in tumulis sitae ceteras succendit Israhel unam tantum Asor munitissimam flamma consumpsit 11:14 omnemque praedam istarum urbium ac

Liber Iosue

umenta diuiserunt sibi filii Israhel cunctis hominibus interfectis 11:15 sicut praeceperat Dominus Mosi seruo suo ita praecepit Moses Iosue et ille uniuersa conpleuit non praeferiit de uniuersis mandatis ne unum quidem uerbum quod iusserat Dominus Mosi 11:16 cepit itaque Iosue omnem terram montanam et meridianam terramque Gosen et planitiem et occidentalem plagam montemque Israhel et campestria eius 11:17 et partem montis quae ascendit Seir usque Baalgad per planitiem Libani subter montem Hermon omnes reges eorum cepit percussit occidit 11:18 multo tempore pugnauit Iosue contra reges istos 11:19 non fuit ciuitas quae se non traderet filiis Israhel praeter Eueum qui habitabat in Gabaon omnes bellando cepit 11:20 Domini enim sententiae fuerat ut indurarentur corda eorum et pugnarent contra Israhel et caderent et non mererentur ullam clementiam ac perirent sicut praeceperat Dominus Mosi 11:21 in tempore illo uenit Iosue et interfecit Enacim de montanis Hebron et Dabir et Anab et de omni monte Iuda et Israhel urbesque eorum deleuit 11:22 non reliquit ullum de stirpe Enacim in terra filiorum Israhel absque ciuitatibus Gaza et Geth et Azoto in quibus solis relictis sunt 11:23 cepit ergo Iosue omnem terram sicut locutus est Dominus ad Mosen et tradidit eam in possessionem filiis Israhel secundum partes et tribus suas quieuitque terra a proeliis

12:1 hii sunt reges quos percusserunt filii Israhel et possederunt terram eorum trans Iordanem ad solis ortum a torrente Arnon usque ad montem Hermon et omnem orientalem plagam quae respicit solitudinem 12:2 Seon rex Amorrearum qui habitauit in Esebon dominatus est ab Aroer quae sita est super ripam torrentis Arnon et mediae partis in ualle dimidiique Galaad usque ad torrentem Iaboc qui est terminus filiorum Ammon 12:3 et a solitudine usque ad mare Cheneroth contra orientem et usque ad mare Deserti quod est mare

11:15 As the LORD commanded Moses his servant, so did Moses command Joshua, and so did Joshua; he left nothing undone of all that the LORD commanded Moses.

11:16 So Joshua took all that land, the hills, and all the south country, and all the land of Goshen, and the valley, and the plain, and the mountain of Israel, and the valley of the same;

11:17 Even from the mount Halak, that goeth up to Seir, even unto Baalgad in the valley of Lebanon under mount Hermon: and all their kings he took, and smote them, and slew them.

11:18 Joshua made war a long time with all those kings.

11:19 There was not a city that made peace with the children of Israel, save the Hivites the inhabitants of Gibeon: all other they took in battle.

11:20 For it was of the LORD to harden their hearts, that they should come against Israel in battle, that he might destroy them utterly, and that they might have no favour, but that he might destroy them, as the LORD commanded Moses.

11:21 And at that time came Joshua, and cut off the Anakims from the mountains, from Hebron, from Debir, from Anab, and from all the mountains of Judah, and from all the mountains of Israel: Joshua destroyed them utterly with their cities.

11:22 There was none of the Anakims left in the land of the children of Israel: only in Gaza, in Gath, and in Ashdod, there remained.

11:23 So Joshua took the whole land, according to all that the LORD said unto Moses; and Joshua gave it for an inheritance unto Israel according to their divisions by their tribes. And the land rested from war.

12:1 Now these are the kings of the land, which the children of Israel smote, and possessed their land on the other side Jordan toward the rising of the sun, from the river Arnon unto mount Hermon, and all the plain on the east:

12:2 Sihon king of the Amorites, who dwelt in Heshbon, and ruled from Aroer, which is upon the bank of the river Arnon, and from the middle of the river, and from half Gilead, even unto the river Jabbok, which is the border of the children of Ammon;

12:3 And from the plain to the sea of Chinneroth on the east, and unto the sea of the plain, even the salt sea on the east, the way to Bethjeshimoth; and from the south, under Ashdodthpsigah:

Biblia Sacra Vulgata

Salsissimum ad orientalem plagam per uiam quae ducit Bethesimoth et ab australi parte quae subiacent Asedothphasga
12:4 terminus Og regis Basan de reliquiis Rafaim qui habitauit in Astharoth et in Edrain et dominatus est in monte Hermon et in Salacha atque in uniuersa Basan usque ad terminos
12:5 Gesuri et Machathi et dimidiae partis Galaad terminos
Seon regis Esebon 12:6 Moses famulus Domini et filii Israhel percusserunt eos tradiditque terram eorum Moses in possessionem Rubenitis et Gadditis et dimidiae tribui Manasse 12:7 hii sunt reges terrae quos percussit Iosue et filii Israhel trans Iordanem ad occidentalem plagam a Baalgad in campo Libani usque ad montem cuius pars ascendit in Seir tradiditque eam Iosue in possessionem tribubus Israhel singulis partes suas 12:8 tam in montanis quam in planis atque campestribus in Aseroth et solitudine ac meridie Hethheus fuit et Amorreus Chananeus et Ferezeus Eueus et Iebuseus 12:9 rex Hiericho unus rex Ahi quae est ex latere Bethel unus 12:10 rex Hierusalem unus rex Hebron unus 12:11 rex Hierimoth unus rex Lachis unus 12:12 rex Eglon unus rex Gazer unus 12:13 rex Dabir unus rex Gader unus 12:14 rex Herma unus rex Hered unus 12:15 rex Lebna unus rex Odollam unus 12:16 rex Maceda unus rex Bethel unus 12:17 rex Thaffua unus rex Afer unus 12:18 rex Afec unus rex Saron unus 12:19 rex Madon unus rex Asor unus 12:20 rex Someron unus rex Acsaph unus 12:21 rex Thenach unus rex Mageddo unus 12:22 rex Cades unus rex Iachanaem Chermeli unus 12:23 rex Dor et prouinciae Dor unus rex gentium Galgal unus 12:24 rex Thersa unus omnes reges triginta et unus

13:1 Iosue senex prouectaeque aetatis erat et dixit Dominus ad eum senuisti et longeuus es terraque latissima derelicta est quae necdum est sorte diuisa 13:2 omnis uidelicet Galilea Philisthim et uniuersa Gesuri 13:3 a fluuio tur-

12:4 And the coast of Og king of Bashan, which was of the remnant of the giants, that dwelt at Ashtaroth and at Edrei,

12:5 And reigned in mount Hermon, and in Salcah, and in all Bashan, unto the border of the Geshurites and the Maachathites, and half Gilead, the border of Sihon king of Heshbon.

12:6 Them did Moses the servant of the LORD and the children of Israel smite: and Moses the servant of the LORD gave it for a possession unto the Reubenites, and the Gadites, and the half tribe of Manasseh.

12:7 And these are the kings of the country which Joshua and the children of Israel smote on this side Jordan on the west, from Baalgad in the valley of Lebanon even unto the mount Halak, that goeth up to Seir; which Joshua gave unto the tribes of Israel for a possession according to their divisions;

12:8 In the mountains, and in the valleys, and in the plains, and in the springs, and in the wilderness, and in the south country; the Hittites, the Amorites, and the Canaanites, the Perizzites, the Hivites, and the Jebusites:

12:9 The king of Jericho, one; the king of Ai, which is beside Bethel, one;

12:10 The king of Jerusalem, one; the king of Hebron, one;

12:11 The king of Jarmuth, one; the king of Lachish, one;

12:12 The king of Eglon, one; the king of Gezer, one;

12:13 The king of Debir, one; the king of Geder, one;

12:14 The king of Hormah, one; the king of Arad, one;

12:15 The king of Libnah, one; the king of Adullam, one;

12:16 The king of Makkedah, one; the king of Bethel, one;

12:17 The king of Tappuah, one; the king of Hopher, one;

12:18 The king of Aphek, one; the king of Gesharon, one;

12:19 The king of Madon, one; the king of Hazor, one;

12:20 The king of Shimronmeron, one; the king of Achshaph, one;

12:21 The king of Taanach, one; the king of Megiddo, one;

12:22 The king of Kedesh, one; the king of Jokneam of Carmel, one;

12:23 The king of Dor in the coast of Dor, one; the king of the nations of Gilgal, one;

12:24 The king of Tirzah, one: all the kings thirty and one.

13:1 Now Joshua was old and stricken in years; and the LORD said unto him, Thou art old and stricken in years, and there remaineth yet very much land to be possessed.

13:2 This is the land that yet remaineth: all the borders of the Philistines, and all Geshuri.

13:3 From Sihor, which is before Egypt, even unto the borders of Ekron northward, which is counted to the Canaanite: five lords of the Philistines; the Gazathites, and the Ashdodites, the Eshkalonites, the Gittites, and the Ekronites; also the Avites:

Liber Iosue

bido qui inrigat Aegyptum usque ad terminos Accaron contra aquilonem terra Chanaan quae in quinque regulos Philisthim diuiditur Gazeos Azotios Ascalonitas Gettheos et Accaronitas 13:4 ad meridiem uero sunt Euei omnis terra Chanaan et Maara Sidoniorum usque Afeca et terminos Amorrei 13:5 eiusque confinia Libani quoque regio contra orientem a Baalgad sub monte Hermon donec ingrediatis Emath 13:6 omnium qui habitant in monte a Libano usque ad aquas Masrefoth uniuersique Sidonii ego sum qui delebo eos a facie filiorum Israhel ueniat ergo in parte hereditatis Israhel sicut praecepi tibi 13:7 et nunc diuide terram in possessionem nouem tribubus et dimidia tribui Manasse 13:8 cum qua Ruben et Gad possederunt terram quam tradidit eis Moses famulus Domini trans fluentia Iordanis ad orientalem plagam 13:9 ab Aroer quae sita est in ripa torrentis Arnon et in uallis medio uniuersaque campestria Medaba usque Dibon 13:10 et cunctas ciuitates Seon regis Amorrei qui regnauit in Esebon usque ad terminos filiorum Ammon 13:11 et Galaad ac terminum Gesuri et Machathi omnemque montem Hermon et uniuersam Basan usque Saleca 13:12 omne regnum Og in Basan qui regnauit in Astharoth et Edraim ipse fuit de reliquiis Rafaim percussitque eos Moses atque deleuit 13:13 nolueruntque disperdere filii Israhel Gesuri et Machathi et habitauerunt in medio Israhel usque in praesentem diem 13:14 tribui autem Leui non dedit possessionem sed sacrificia et uictimae Domini Dei Israhel ipsa est eius hereditas sicut locutus est illi 13:15 dedit ergo Moses possessionem tribui filiorum Ruben iuxta cognationes suas 13:16 fuitque terminus eorum ab Aroer quae sita est in ripa torrentis Arnon et in ualle eiusdem torrentis media uniuersam planitiem quae ducit Medaba 13:17 et Esebon cunctosque uiculos earum qui sunt in campestribus Dibon quoque et Bamothbaal et oppidum Baalmaon 13:18 Iessa et Cedmoth et Mephe-

13:4 From the south, all the land of the Canaanites, and Mearah that is beside the Sidonians unto Aphek, to the borders of the Amorites:

13:5 And the land of the Glibites, and all Lebanon, toward the sunrising, from Baalgad under mount Hermon unto the entering into Hamath.

13:6 All the inhabitants of the hill country from Lebanon unto Misrephothaim, and all the Sidonians, them will I drive out from before the children of Israel: only divide thou it by lot unto the Israelites for an inheritance, as I have commanded thee.

13:7 Now therefore divide this land for an inheritance unto the nine tribes, and the half tribe of Manasseh.

13:8 With whom the Reubenites and the Gadites have received their inheritance, which Moses gave them, beyond Jordan eastward, even as Moses the servant of the LORD gave them;

13:9 From Aroer, that is upon the bank of the river Arnon, and the city that is in the midst of the river, and all the plain of Medeba unto Dibon;

13:10 And all the cities of Sihon king of the Amorites, which reigned in Heshbon, unto the border of the children of Ammon;

13:11 And Gilead, and the border of the Geshurites and Maachathites, and all mount Hermon, and all Bashan unto Salcah;

